

quingagesimus sextus est Climactericus,
quamuis hic non ita ut superior senibus exti-
mescendus. In hunc enim septenarius & qua-
ternarius tantum coincidunt.

Ego arbitror, uti septimo aut nono mensis
nati iustam vite perfectionem obtinent: Ita
contingere quoque, ut vita plurimorum homi-
num (diuina tamen maiestatis salua pro-
dentia, & rerum omnium ad libitum gub-
natione) ad climactericos usque annos in quibus
septenarius, nouenariusque numerus in se
quasi in cyclum recurrunt, producat, ibique
absoluatur & finiatur. Cui non absimile & ali-
ud est, quod egomet multorum hominum obitu-
tum compertum habeo, quod graui & pericu-
loso morbo decumbentes, ut plurimum ani-
mam reddere soleant, Luna in gradu ascen-
dente, vel media caeli domo existente, raro in
quarta vel septima domo, nunquam ferè in re-
liquis, quod & à me, & ab alijs multoties est
obseruatum.

Annus quingagesimus sextus in noctur-
nis genituris propter frigiditatem Saturni
duplicatam, & sexagesimus tertius in diur-
nis ob siccitatem Mercurij & Martis utroque
subscribente, iam aetate frigida & sicca me-
xime